



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

XXV. De morientibus Excommunicatis, Vsurariis, Concubinariis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

*De morientibus excommunicatis, Vsurariis, Concubinariis.*

PER Tridentinum in probabili periculo mortis siue articulo, absoluere potes quemcunq; ab omnibus causis; quamuis alioquin Episcopo, vel Papæ reseruatis sine onere, vt postea se sistant Superiori pro Sacramentali absolutione: ideoq; absoluere etiam potes ab omni excommunicatione, vt validè, & licitè absoluere possis à peccatis: curandum tamen, vt si pars sit læsa, d'amna priùs compenset, & re ipsa satisfaciat, quo optimo modo fieri possit; si non potest, absolue; ad impossibile enim nemo tenetur: valent ista maximè, si excommunicatio sit publica. admoneatur tamen semper excommunicatus, vt quam primum conualuerit, & commodè poterit, fistat se per se, vel alium ei, à quo alioquin erat extra mortis articulum  
absol-

144 *Institutionum Pastoralium*  
absoluendus, quod nisi fecerit, scia  
se reincasurum in eandem excommu  
nicationem. In criminibus prætere  
horrendis, ut falsarii, incendiarii, &  
similibus casibus Bullæ Cœnæ, percul  
soribus Clericorum, exigatur iuramen  
tum, quòd eadem postea non comit  
tet, siue quòd in posterum parebit Ec  
clesiæ; in casibus Bullæ præterea iure  
de satisfaciendo parti læsæ.

De usurariis par ferè est ratio,  
præsertim publicis; priusquam absol  
uas, restituant: si non possunt, dent  
competentem cautionem fideiussio  
riam, aut pignoratitiam coram No  
tario; ut ea Episcopo, vel cuius inter  
erit, consignari possit: quòd si neq;  
hoc possit præstare, promittant se  
per se, si possint, aut hæredes, quan  
tum poterunt, facturos.

Iam verò si Concubinarius audi  
endus sit, dimittat priùs concubi  
nam: si autem absque scandalo iam  
non possit, aut rationabilis causa ex  
cuset,

euset, promittat saltem proximâ occasione id se facturum, idque curet significari iis, qui crimen nôrunt, ne scandalizentur : deinceps verò neq; illa sola cum illo sit, neque familiariter conuerterur, & vtriusq; animus ita sit constitutus, ut consentire in aliquod peccatum nolint ; atque, ut non consentiant, velint precibus, aliisque remediis se contra tentationes tueri. Si verò concubina, aut mulier peccatrix incidat in morbum, tuto loco separetur, caueaturque, ut nemo suspectus accedat.

## NUM: XXVI.

*De iis, qui amplius loqui non possunt, adhuc tamen retinent usum rationis.*

**Q**uando moribundus iam linguæ usum perdidit, videtur tamen adhuc compos mentis, & audire, vel aduertere, quæ dicuntur ; imprimis per te, vel alium potius, cuius voci

**G**assue-